

CORONA DIVINÆ MISERICORDIÆ

SIGNUM CRUCIS

In nomine Patris, ✠ et Filii, et Spíritus sancti. Amen.

PATER NOSTER

Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.

AVE MARIA

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, *Jesus*.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, et in hora mortis nostræ. Amen.

SYMBOLUM NICÆNUM COSTANTINOPOLITANUM

Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli et terræ. Et in *Jesum* Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem et vitam æternam. Amen.

AD SINGULA GRANA IN QUIBUS "PATER NOSTER" DICITUR:

Pater æterne, offero tibi Corpus et Sanguinem, animam et divinitatem dilectissimi Filii tui, Domini nostri, *Jesu* Christi, in propitiatione pro peccatis nostris et totíus mundi.

AD SINGULA GRANA IN QUIBUS "AVE MARIA" DICITUR:

Pro dolorosa ejus passione, miserere nobis et totíus mundi.

IN CONCLUSIONE, TER DICITUR:

Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis, miserere nobis et totíus mundi.